



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Præsentis Ecclesiæ Benignitas In Administrando
Sacramento Poenitentiæ**

Francolini, Baldassare

Monachij

VD18 14592614-001

Calumnia VI. Præsens benignitas in administrando hoc Sacramento non est consentanea Scripturis, & ejusdem Sacramenti Institutioni. Disp. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41162

CALUMNIA VI.

Præsens Benignitas in administrando hoc Sacramento non est consentanea Scripturis, & ejusdem Sacramenti Institutioni.

DISPUTATIO VI.

Dæt. Discr.

Cquænam sunt
Scripturæ benignæ
contrariæ

D. R. Multz
Sunt.

D. D. Mror , quod esse reperias multas,
ego nullas. An diversis utimur Bibliis. Ex-
periari. Affer ista multa loca tibi propria.

I. D. R. Si Sacram aperias paginam, & in
cipias evoluere, statim occurret Adam, & En-
quibus Deus non condonavit statim commissum
peccatum; sed vix post fletus, & labores plu-
rum, quæ vixeré, seculorum. Occurret Achas,
cui Deus se placatum exhibuit solum, postquam
ille operuit cilicio carnem suam, jejunariis,
Sdormivit in sacco. 3. Reg. 21. 27. Occurreat

ininitæ, quorum misertus est Deus, solum
postquam Rex surrexit de solio suo, & abiecit ve-
mentum suum à se, & induitus est sacco, & se-
tato cinere, jejunavitque cum toto populo Jon.
6. Occurrent alii. Non ergo Deus statim
solvit, nec leves pro peccatis Pœnitentias im-
ponit, ut vos facitis. Ergo nec nos possumus
statim, impositâ levî Pœnitentiâ, absolvere.
Non enim possumus absolvere, quem non absol-
vit Deus, nec alio modo ab eo, quo ipse absolvit.

D. D. Igitur illa multa, quæ ex Scriptu-
ræ minabarisi rigoris exempla, ad tria redigun-
tur; eaque ipsa potius infinitæ benignitatis
exempla, quam rigoris, ut dicam postea. No-
n enim hic interpellare te, perge jam ad Insti-
tutionem hujus Sacramenti.

D.R. Eam nobis explicat D. Paulus, &
Tidentinum, inque eo omnes Patres, ex quo-
rum Doctrinâ ea Synodus definit. Incipiam
Apostolo, qui ad Hebr. cap. 6. sic habet. Im-
possibile est, eos, qui semel sunt illuminati, gusta-
erunt etiam donum cælestis, & participes fa-
cili sunt Spiritus Sancti, gustaverunt nihilomi-
ni bonum Dei Verbum, virtutésque sculpi ven-
turi, & prolapsi sunt, rursus renovari ad Peni-
tentiâ, rursus crucifigentes sibi meti pīs Filium
& ostentui habentes. Quo loco certè S.
Postolus non dicit, impossibile esse, quod,
H 3 qui

qui peccant post Baptisimū, iterum renoveruntur per Pœnitentiam, sed quod renoveruntur benè Morinus lib. 3. c. 7. n. 1.) eā facilitat perfectione, quā baptizati per Baptisimū renoveruntur, nullo scilicet cùm labore, cùm jejuniis, & corporis macerationibus, dīque. Opus enim est, mortaliter Baptisimū peccantibus, longā durāque Pœnitentiā, multis jejuniis, & corporis afflictionibus, ut gratiam amissam recuperent. Tractatum less. 14. cap. 2. sic habet. Alias est baptismi, alius Pœnitentia fructus; per Baptisimū enim Christum induentes, nova prorsus non efficimur Creatura plenam & integrā, peccatum omnium remissionem consequentes: adquā tamen novitatem & integritatem, per Sacramentum Pœnitentia sine magnis nosfris fletibus laboribus, Divinā id exigente Justitia, penitire nequaquam possumus: ut merito Partia, laboriosus quidam Baptismus à Sanguinibus dictus fuerit. Hæc igitur ex Tridentino est institutio hujus sacramenti, ut ex hoc aliisq; probandum suscipit idem Morinus cap. 4. prædicti lib. 3. ut crimina post Baptisimū commissa, sinē magnis fletibus & lacrimis non remittantur.

4. D. D. Infero: Ergo non potest unquam quis absolvī, nisi multū diūque flet, & net, aut saltē velit multū, diūque flet.

DISPUTATIO VI.

III

renova
entur
aciliu
aptiss
re, m
ibus, l
liter
que Pe
affiliu
Tract
is est la
aptiss
sus in
n, puer
s: ad al
per San
s fletu
ia, P
3 Pan
Gaudiu
Trideca
x hoc ac
orinus u
ost Bap
& la
st unq
t, &
fieri,
m illa, ut
iam amissam recuperet.

ulta jejunia, & corporis afflictiones subire.
nam nequit unquam quis absolvī, nisi præstet,
quod est necessarium, ut ei remittantur peccata.
vid autem esse prædicta omnia necessaria, ex-
eclesiæ assertor Morinus in ea prima propositione,
in hac ultimâ. Nec profectò potest non esse
necessarium, quod est ex institutione. Hoc au-
tem esse omnino falsum, probo primò ex mani-
us absurdo. Sequeretur enim, esse exigendū
en etiam ab eo, qui post Baptismum incidit in
statum folius interni desiderii, ut diu freat,
quaque jejunet, sequique aliis hujusmodi labori-
sum multū affligat, cùm potest. Hoc autem
dicitus Confessarius, vel dementissimè Rigidus
minavit: jam enim erraret Ecclesia universa,
quid non facit. id autem inferri, pater, nam
Morinus (túque cum ipso) in prædictis propo-
sitionibus, & præsertim in primâ, loquitur ex-
eclesiæ de quovis peccante mortaliter post Bap-
tismum, docetque, cuíque esse illa necessaria, ut
iam amissam recuperet.

Probo 2. ex alio simili absurdo. Nam cer-
tè Pontifices sàpe relaxare Pœnitentias in-
fandas tali modo, ut qui Pontificiam Indulgen-
tiam lucratur, obtineat sine jejunis, sine aliâ
longâ corporis afflictione, longóque fletu, &
tempore, quod ista præstet, remissionē etiam pœ-
nali, ergo prædicta non solum non sunt absolutè
nullaria, ut alicui remittantur peccata, sed ne-

H 4

5.
que

que ut remittantur pœnæ peccatorum in iis, quæ satis
sunt ex Divina institutione necessaria, neque Possumus Re
tifex potest dispensare.

Probo 3. ex eo quod Concilium Tridentinum possi
tam distinctè loquens in ea sess. 14. de necessitate scare
ad obtainendam Gratiam in Sacramento Pœnitentia
tiae; nunquam docet, ad id requiri prædicta lo
ga jejunia, & afflictiones; & quidem nec dum
agit de satisfactione, quam solum requirit ad
missionem Pœnæ, nec ad talem effectum requiri
tit tam asperam & longam, sed quam prudens n
Confessarius imposuerit.

Probo quartè ex ipso Morino, qui cap. 5. lib. 4.
plutibus probat, Pœnas sceleribus imposi
tas, à nascenti Ecclesiâ ad hæresim usque Monachic
tani, breves admodum fuisse, ergo falsum est
opus esse ex institutione Divinâ, longâ & alpa
Pœnitentia, ad recuperandam Gratiam am
sam. Quæ enim requiruntur ex Institutione
Divinâ, immutabilia sunt. Igitur vester
goz nullum fundamentum habet in institutio
hujus Sacramenti, ut nullum habet in Scriptu
ris. Quas enim produxisti, nihil evincunt,
postea ostendam.

6. Nostram autem benignitatem, utriq
fundamento inniti, facile demonstro. Lo
quar prius de institutione hujus sacramenti, a
quâ sic arguo primò. Voluit quidem Chri
stus Dominus, ipsum administrari modo
dicimus.

is, quod iudicio, adeoque à Judice audiente accusatio-
ue Positum in Rei, & sententiam pronunciante: ita ta-
m, ut favorabilior forma iudicij excogitari
sentienti possit. Judex enim Angelus non est, qui
testimoniare non possit, sed homo circumdatus in-
tenuitatem; nec alius esse potest, quam Sacerdos,
qua loquax mediator inter Deum & homines, &
ec dum quiete paois. Rursus, idem qui Judex, Me-
tadictus debet esse, adeoque personæ Medici de-
requisitatem temperare sententiam. ¹¹³ Actor vero ac-
rudenans, non alius est, quam reus ipse, cui eti-
cum pro se testatur, credendum est; nisi
cap, si alii testimonii contrariis factis elidat. Finis
impensis hujus judicij non est damnatio, seu
Mors rei, sed ejus absolutio, & reconciliatio.
om eli us autem non videat, hujus iudicij legibus
alpernitate congruere præsentem Ecclesiæ benigni-
nam, non sic vestrum rigorem?

Secundò. Ea ratio administrandi hoc Sa-
mentum, magis accedit ad Institutionem
nam, quæ est magis utilis Fidelibus. Chri-
stianum ipsum instituit, amans, & cupiens
perutile. Atqui ratio & modus, quo nunc
ministratur, est magis utilis Fidelibus, quam
ipsum administrari vellent Adversarii:
Leontidiana enim experientia ostendit, magis
accipi ad Poenitentiam peccatores, per eam
tame tueror benignitatem, quam per contra-
rum rigorem, quo, ut sæpè diximus, odiosus
reddi-

H 5

reditur medicus, & medicamentum; unde
confessio omittitur in perpetuum, vel non fi-
int, vel non sit ex corde, sed ex solo meo
Censuræ.

Tertiò. Christus Dominus noluit hoc Sa-
cramentum administrari tali modo, quo esse
plerisque Peccatoribus, & ferè omnibus, la-
queus & occasio peccati: hujusmodi autem es-
set, si non administraretur benignè, sed rigide;
nam plerique, ut modò dicebam, aut nunquam
confiterentur, aut malè. Quod confirmat
ea communī difficultate, quam Peccatores,
quamvis tam benignè administretur hoc Sacra-
mentum, experiuntur in integra suarum omni-
um culparum expositione; unde tam multi
tam raro confitentur, Quid ergo fieret, si ri-
gidè, ut volunt adversarii, hoc Sacramentum
administraretur? Idem argumentum sic pro-
ponitur: Sacramentum Pœnitentiaz est reme-
dium mali communis, adeoque ferè omnibus
adultis necessarium ad salutem: pauci enim
sunt illi, qui peccatum lethale nunquam con-
miserint. Remedium autem mali communis
& necessarii, non sic instituitur, ut sit ejus uita
perdifficilis, & maximè arduus, qualis esset hu-
jus sacramenti usus, si essent necessarii illi fletu-
longi, ea longa jejunia, vel aliæ corporis afflic-
tiones. Igitur Institutio hujus sacramenti, hu-
jusmodi est, ut ei sit maximè consentanea pra-
sens Ecclesiaz benignitas,

Pro-

DISPUTATIO VI.

115

8.

Probo nunc, eam esse consentaneam scri-
nis, non solum novi Testamenti, sed etiam
lo meo
non f
eris. Fuit quidem tempus rigoris potius,
benignitatis, ea veteris Testamenti ætas,
hoc se
um Deus, mirabilem quidem, sed æquè ter-
ribilium ætatem esse voluit: Hinc illa Legis
fulgura ac tonitrua promulgatio, ingens
Præceptorum numerus, illæ vel seditiosos-
inhominum in deserto, vel tangentis, vel
antum Arcam subitæ neces, hinc illa tam
quens sui populi captivitas, cædésque. Hoc
tamen tempore, non solum negatum de-
ponentibus non fuit unquam auxilium, quo in
læsi Numinis redire possent, sed fuere
blandissimis invitamentis, ut ad obse-
cum redirent, allecti; fuitque omnibus pro-
fusa, in antiquum amicitiæ statum integra re-
victio, nullâ aut jejuniorum, aut longi fletus
posita lege, sed eâ solum, quod verâ since-
re voluntate ad Deum se converterent, ut
ex illis Prophetarum vocibus, amore
missimis. Quiescite agere perverse (Isaiae
) Si fuerint peccata vestra ut coccinum,
nix dealbabuntur. Et cap. 43. Ego sum,
sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter
& peccatorum tuorum non recordabor. Et
cap. 55. Derelinquit impius viam suam,
iniquus cogitationes suas, & revertatur
Dominum, & miserebitur ejus, & ad Deum
nostrum,

nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.
Zacharias similiter cap. 1. Convertimini ad me.
& ego convertar ad vos.

D. R. Quis isthac ignorat? Certè statim
convertitur Deus ad conversos, sed hi non con-
vertuntur statim.

9. *D. D. Nempe conversione perfectæ tra-*
ritatis, & stabilis emendationis. Sed quis es
tu, qui id requiris, ut Poenitens absolvī possit,
quod non requirit Deus? Produc mihi Scri-
pturam, aut Ecclesiæ Doctorem id diserte re-
rentem, & non generalia cocentem. Sed de
hoc alibi. Vera conversio peccatorum non pa-
tim fit, inquis, quanto ergo tempore fit? Post
decem dies, post unum mensem, post duos
Ignoras? Quid ergo tempora præfinis, nec au-
dis Leonem monentem Ep. 89. ad Theodorum
Episc. Misericordia Dei, nec mensuras possumus
ponere, nec tempora definire? Redeo ad scrip-
tas. Ezechiel. cap. 23. Iniquitas impunita-
cebit ei; in quacunque die conversus fuerit ab
impietate suâ; Quid est hoc, nisi monere, non
solum Deum esse in quacunque die paratum, de
ipsum peccatorem esse hujusmodi auxiliis: in qua-
Deo præparatum, ut possit in quacunque die obli-
converti, non expectatis hebdomadis, vel me-
sibus. Eò autem sic converso, nihil expecto, cu-
Deus, ut antè dicebam, sed veniam statim trah-
buit, veniam, inquam, omnium culparum, de
qua

hic loquor contra Morinum, nam certè to-
cena non remittitur statim, nisi intensissimè
lenti; sed post satisfactionem propriam,
alitam à Peccatore, vel Christi Domini, &
torum, exhibitam à Pontifice per Indul-
tiam.

Ex eo autem quod Deus longam satisfa- 10.
cione pro poena, vel etiam pro ipsa culpa
egerit in hac vita, non quidem ab Achab & Ni-
hi Scen-
mis, ut dicebas, ea enim fuit satis brevis, sed
rre affe-
tus, non sequitur id esse communi lege fir-
Sed de-
atum, ut nemini statim, aut post brevem sa-
nou fia-
ctionem detur venia, cùm innumera in ipsis
t? Post
tixuris habeamus exempla hujus subitæ, aut
duos i-
superatæ indulgentiæ, legémque ipsam Le-
nec au-
ci cap. 6. id adumbrantem eo perbrevi ob-
odorum
quo Deus placari à Peccatore in ordina-
delictis volebat. *Anima, quæ peccaverit,*
scripto
contemptò Dominò negaverit proximo suo
in nou-
confusum, quod fidei ejus creditum fuerit, vel
uerit d-
aliquid extorserit, aut calumniam fecerit,
ere, no-
rem perditam invenerit, & inficians insuper
cum, al-
tauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fece-
xilis
re, quibus solent peccare homines, convicta
que de-
redder omnia, quæ per fraudem voluit
el meo
comere, integra, & quintā insuper parte Do-
xpecta
cui damnum intulerat. Pro peccato au-
timi
so offeret arierem immaculatum de grege,
em, de
labit sum Sacerdoti juxta estimationem,
qua
mensa.

mensurāmque delicti, qui orabit pro eo, & mutetur illi pro singulis, quae faciendo peccatum. Scio, hæc non ordinata per se à Deo fuisse ad aeternam justificationem de peccatis, ut nota Suar. tom. 4. in 3. p. disp. 35. sect. 1. num. 1. Ea tamen Pœnitentia & satisfactio, quam tunc imponebat Deus, eam adumbrabat, quam in Lege nova impositurus erat Sacerdos in Sacramentali Confessione, quæ eō Hebræi peccatoris, & pœnitentis sacrificiō figurabatur, ut docet Card. Bellarmin. Controv. tom. 2. de Pœnit. lib. 3. cap. 3. Ut ergo eam Pœnitentiam imponens Deus, Pœnitentiam à Sacerdote in Lege nova imponendam adumbravit; sic ei benignitas, qua Pœnitentiam illam, non admodum gravem, nec diutinam, pro ordinariis delictis, in quibus solent peccare homines, impoñuit, benignitatem adumbravit, quam Sacerdos in Lege novâ pro hujusmodi delictis irrogare deberet.

11. Nec objicias eas alias cap. 20. ejusdem Leges, quibus quædam gravissimè, nempe capitale plectebantur. Ea enim graviorum punitio fuit, & pertinens ad forum civile Judicis, quo ille Populus gubernabatur, non verò ad sacrum Sacerdotis, quō noster Sacerdos figurabatur.

12. Illud etiam expendendum est, Legis veteris Doctores, veròsque Propheras, non consueuisse quidem delictis Populi connivere, ut

falsa

lives faciebant, dicentes pax, pax, & non erat
Jerem. 6. 14. non tamen fuisse rigidos &
etos, nec solum invitasse peccatores beni-
simè ad pœnitentiam, ut suprà expendi, sed
peccatores apud Deum fuisse, ut benignum
Populo, quamvis ingrato, immerito, & mil-
relapso exhiberet, ut præ cæteris fecit sem-
primus Hebræorum Dux, ac Doctor Moy-
ac potissimum de causa Deo acceptissimus,
ad misericordiam vocari gaudet magis,
ad severitatem. Hinc Eliam, unum ex
tibus antiquæ legis Prophetis rigidum, &
scrum, qui vindictam malorum à Deo flagi-
cat, ad benignitatem informare Deus voluit
offento, quo duplicem Prophetam illi ex-
buit, unum sub specie prævalidi venti, arca-
que virtutis terram commoventis, ac de-
um ignis; alterum, sub specie aëris suaviter
sillantis; illum severum, & violentum; hunc
benignum, & mitem; in hoc verò, & non in il-
præsentem Divinitatem, nempe supernum
milium ad Populos virtuti conciliandos. Et
sermo Domini ad eum, dixitque illi, quid
agis Elias? At ille respondit: zelo zelatus
pro Domino Deo exercituum, quia dereli-
xerunt patrum Domini filij Israel: Altaria
destruxerunt, & Prophetas tuos occide-
runt gladio, & derelictus sum ego solus, & que-
am animam meam, ut auferant eam. Et
ait

ait ei: Egressere, & sta in monte coram Domino, & ecce Dominus transfit, & spiritus grandis fortis subvertens montes, & conterens petram ante Dominum: non in spiritu Dominus: post spiritum commotio: non in commotione Dominus, & post commotionem ignis: non in igne Dominus, & post ignem sibilus aure tenet, Quod cum audisset Elias, operuit vultum suum pallio, videlicet ex praefentia Divinitatis, lege eum tenuis auræ sibilum in animos hominum insinuantis. Quia vero rigidiores qui fuerint, facile suspicantur male de aliis minus rigidis, monuit ipsum Deus, ne putaret omnes filii Israel in Apostasiam esse prolapsos, quin kire, se psem millia ex ipsis numerari, qui manerent in fide constantes, quorum genua non sunt incurvata ante Baal. Demum (ut bene expeditum Chrysost. serm. de Elia) nec hujusmodi ostentis sati edoctum, inclinatumque ad benigniora consilia, sustulit eum in Cœlum Deus, rediutorum in terras, cum terras omnes occupare conabitur Antichristus, eaque scelera cum iuis defecis patrabit, quæ Prophetas ultores depositent, non deprecatores. Sublatio in Cœlum Eliâ, Eliseum substituit Deus, mitioris ingenii virorum, cuius precibus, non ultior ignis de Cœlo, sed imbræ in arecentis terræ solarium evocati, revocati ad sanitatem leprosi, oleum multiplicatum, mortui suscitati, famæ depulsa, a demum

Domum patrata miracula , quibus non accer-
randis, ut ultio Divina, sed averteretur; peccatorés-
s petra cénitentiam , ipsis invitantibus beneficiis ,
nus: & traherentur.

Hac voluit Deus benignitate instructos
prophetas , suæ nempe Legis , doctrinæque
oralis Magistros in Lege veteri , quamvis, ut
abam , ea rigoris & severitatis tempora es-
t, non autem benignitatis , ageréisque cum
minibus, tanquam cùm servis, non verò tam-
cùm Filiis , qua ratione cœpit agere , cùm
Filius factus est Homo. Ex eo enim tem-
pe, effusissima fuit Dei in homines beneficen-
tisque rerum Ordo institutus , qui totus ef-
famoris, totus esset benignitatis, & commi-
cationis in Homines peccatores , ut aliceren-
t ad Poenitentiam , ad quem præcipue finem
Humanitatem induerat Deus, suásque
actiones direxerat. Hinc, ut Patres no-
n ex progenie David , nempe hominis Poen-
itentis, nasci voluit , ut ejus Poenitentiam ac-
cussimam Deo fuisse peccatores agnoscerent.
Inatus Pastores vicinos , & Magos remotos
vocavit , ut se non Hebræorum tantùm ,
omnium Gentium saluti natum palam face-

Quærens locum , qui tantùm esset ab He-
bræis perfugium , Ægyptum petiit , ut Æ-
gyptiis, nempe Peccatoribus , cùm ad ipsum
refugerent, videretur beneficium rependere ,

I

utque.

útque ea Gens , olim de populo Hebræo p
simè merita , intelligeret , non inde futuram
bi minus acceptam , si suos non imitaretur
patres , & propriæ crimina detestaretur , P
rimus ejus è materna domo in publicum exu
sus , fuit ad Jordanem , ubi Peccatoribus ,
Joannem audiebant , immiscuit se , eoque Pa
nitentiæ lavacro , quamvis nec Pœnitentia elis
indigens , nec capax , tamquam de peccator
bus unus tingi voluit , ut se eadem pietatis de
ficia profitentem amarent illi magis , nec rigi
dum cùm Pœnitentibus futurum crederent eum ,
quem viderant in Ordine Pœnitentium . Quan
vis non satis illi fuit , quod rigidus non habe
tur , voluit haberi benignus : hinc illæ Patriæ
Filium prodigum clementissimi , & Pastoris de
ovis jacturâ solicii parabolæ , hinc illud , &
quidem frequentissimum ad Peccatores invi
mentum , ut se benignè tractandos , curandosque
scirent : *Venite ad me omnes , qui laboratis ,*
*onerae estis , sarcinâ peccatorum , & ego refici
vos . Non vos acriter increpabo , non forense ,*
publicum judicium instituam , non subtiles in
bello quæstiones , non irrogabo ingentes pena
non onerabo præceptis : parciam vitæ vestra
*parcam honorivestro , cumulabo beneficij , re
ficiam vos . Hinc illæ in Scribas , & Phariseos*
Doctores rigidos , invectivæ , quod angustione
facerent portam Cœli , quod alligarent oner

via, & importabilia, eaque imponerent
umeros hominum, Vnde, autem vobis Scribae &
vici hypocritae, quia clauditis Regnum Cae-
sum ante Homines: vos enim non intratis,
& introeuntes sinitis intrare Matth. 23. 13.
Iacobus haberi solum voluit benignus, sed beni-
ficiimus, inque eos ipsos, qui gravius delin-
quuntur. Hinc ejus perpetua consuetudo, &
quens convictus cum Publicanis. Hinc ea
aliter non absolutio solum, sed defensio.
Ex ea Magdalena non vindicatio tantum a
summiis Simonis, sed laudatio. Hinc illa ve-
ro oblivio fugae turpissimae, cui se in ejus Pas-
chabere commiserant Apostoli, & citissima ipso-
rum pristinum statum restitutio. Hinc illa
post horribilem apostasiam, & repetita
moria, in Principem Apostolorum electio.
Acdemum illa morientis liberalitas, quam La-
tulus, paulo ante blasphemus, fuit in cælestis
societatem admissus. Quis autem ne-
c nec facta fuisse ad exemplum & doctrinam
est, non quidem, ut nullam Conscienti-
am irrogemus (id enim ipse fecit pro
qua prædictus erat excellentiae potestate, ut
et S. Thom. in Addit. ad 3. p. q. 18. a. 4.
potestate caremus nos) sed ut eò majori,
possumus benignitate, Peccatorum salu-
procuremus; nec aliam, quam præsentem,
ministrando hoc Sacramento, præxim fe-

I 2

qua-

quamur, nisi speciales circumstantiae, quæ pa-
liquet sœcula adfuerunt, ut alibi dixi, & mo-
dò non adsunt, alias rationem ineundam su-
deant.

- 14.** Et quidem, id Christum Dominum per
exempla spectasse, firmissimè coniicio, primo
ex prædictis ejus verbis, factisque. Curenam
reliqua dixit, & fecit, ut imitemur, non eu-
tem hæc, quæ sunt tam multa, tam illustria, ut
nihil in totâ ejus vitâ illustrius habeamus? In-
credibile enim est, ipsum voluisse nos Rigidos,
& simul ad solam benignitatem instruxisse nos
semper, & sola præbuisse benignitatis in Pecca-
tores exempla. Coniicio secundo ex eâ eju-
dem increpatione, quâ Joannê, & Jacobum, cu-
pidos vocare ignem de Cœlo in impia capita Sa-
maritanorum, redarguit, docuitque, Spiritum
novi Testamenti esse Spiritum benignitatis, co-
plientis potius veniam delicti, & salutem deli-
quentis, quam pœnam. ut habetur Luc. cap.
9. Coniicio tertio ex eo, quod Petrum, futurum
primum Orbis terrarum Presbyterum Pœci-
tentiarium, & Ecclesiæ suæ Caput & Prin-
cem, distinctè docuit, ut amaret, & indulge-
ret; amaret quidem semel & iterum, id est, val-
de, & semper, indulgeret similiter, & igno-
ret, non septies tantum, sed septuagesi-
es, id est semper ignosceret; nec culpas solam
minores, & in se commissas condonaret: sed
majores,

ju^z pa^{mo}iores, inque Deum ipsum commissas; ut do-
 Hieron. in exposit. psal. 19. Aug. serm. 13.
 am su-
 verb. Dom. Conijcio quartò ex illis ejus ver-
 joan. 20. sicut misit me Pater, & Ego mitto
 per tot
 Quibus pronunciatis, eis potestatem re-
 primo attendi, retinendiq; peccata tradidit statim, sic
 ur enim impost ea verba statim Evangelista. *Hoc*
 on. au-
 in dixisset, insufflavit, & dicit eis : *Accipite*
 tria, ut
 utrum Sanctum, quorum remiseritis peccata,
 us ? le-
 mutuntur eis, & quorum retinueritis, retenta
 Rigidos.
 Ut ostenderet, communicare se quidem
 iffe nos
 suam potestatem remittendi, retinendique,
 n Pecc-
 rendi, ligandique, sed ita, ut primam remit-
 ea ejus
 tati, & solvendi potestatem potissimum exer-
 om, cu-
 pita Se-
 piritum
 atis, co-
 n del-
 u. cap-
 torum
 Pensi-
 Princ-
 indulge-
 test, re-
 gnostra
 s sepi-
 folium
 : id
 ajores,

15.

utpote quos mittebat, sicut ipse missus
 a Patre; se autem missum a Patre non semel
 erit, non tamquam rigidum Judicem, sed
 aquam benignissimum Reparatorem. Non enim
 iudicem Christus Dominus Joan. 3. 17.)misit
 a Filium suum in Mundum, ut judicet Mun-
 dus, sed ut salvetur Mundus per ipsum. Quod
 sum c. 12. 47. Non enim veni, ut judicem
 mundum. Quæ omnia expendens Gregorius
 Iazian, orat 26. circa finem, hortatur Præpo-
 os Pœnitentia, ut benignè, & comiter agant
 Pœnitente. Hanc rationem tene: illum
 rigas leniter & humanè, non ut hostis, neque
 durus, & rigidus Medicus. Habes medicinæ
 galam, Christi Discipulus es, mitis, & beni-
 gni,

I 3

gnis, qui nostras infirmitates portavit. Coniunctione p
quinto ex praxi, quæ primo prælertim sermo ag
quo vixerunt Apostoli, reliquique Christi. D.
puli, & sequenti, viguit in Ecclesiâ, quam apud
nignam fuile, fateris cùm Morino. Nonen. D.
ea illius benignitatis ratio fuit, quod nomen ag
tunc esset scelera vindicanda (id enim, superbi p
serim de secundo seculo sermo sit, incognitus
est) sed ea, quod Sacerdotes ita fuerant: in su
nignissimo ac Divino Magistro verbis, & euangelis
plis instituti.

I6. Hac igitur lege; ut eò redeat Oratio, num ver
de incepit, Sacramentum Pœnitentia in. D.
Deus, ut qui ipsum administrant, summa p
ferant benignitatem; cùm non alia fuerit potius
Institutio, quam totius Evangelica Legis. D.L
jus illud pars est, institutio fuerit & forma m
tum autem est, hanc amore, & benignitate am
plis constare, hac igitur constare debet hujus sanguinâ p
nistratio Sacramenti, quod tandem hoc arguitur, nu
to confirmo. Personam Christi induit, quidam cum a
mentum administrat, unde illud Augustini: N
in Jo. ante medium, Petrus baptizet, hic est oratus,
baptizat, Paulus baptizet, hic est, qui baptizat dieru
Judas baptizet. hic est, qui baptizat. Ergo si alii au
hoc Sacramentum administrat, ejus persona dicitur
induit, qui se peccatoribus Patrem amans, non
num, clementissimum Medicum, sollicitum certum
Pastorem exhibuit semper, siue sanguinis, veniam
featur.

DISPUTATIO VI.

127

Compositio probavit, ergo non debet rigidum Cen-
trum legem agere, & Judicem severum.

D. R. Audivi satis longam concionem.
quam disputationem non ita.

Non D.D. Quid nō? Materiam non intelligis,
od minimaq; agimus, quæ conjecturis probabilibus
m, tibi postulat. Quamquam plusquam solæ
incertitudinē sint ea, quibus, quod proposui, pro-
ram: sunt enim (saltē pleraque) argumenta
& maxima. Et quoniam secūs tibi videtur, do-
quæ sint magis oratoriè ac magnificè dicta,
ratio, sicut verè.

D. R. Quis modò de tam multis, quæ dixi-
mam, recolat ea, quæ non satis consistunt, Ve-
tientur potius, respondeas iis, quæ initio proposui.
D.D. Ne dubites, non refugio pugnam,
formam maledictus hostis oppugnans, quem non video.
enigmatis enim illis paucissimis, quæ de sacra
jus auctoritatem protulisti, nihil urgeor, ut suprà satis
argumenta, nunc ostendo clarius. Tria produxisti.
quidam adami, & Evæ, secundum Achabi.
Ninivitarum. Quoad primum August.
Iudeus, & Tertull. allegati à Suario de Opere
baptismi dierum lib. 4. c. 9. n. 8. putant, eum fuisse
ergo certum, aut paulo post justificatum, idque certum
periculum dicitur, seq. De Eva non est ita certum,
amantia non ita expressè de ea loquuntur Patres. Il-
luminis certum est, ei quoque, si statim corde contri-
guis, veniam petuit, statim fuisse culpam remissam.
fuisse

I 4

D. R.

D. R. Sed quid ad verba Pauli, ac Tridentini?

17. D. D. Is ergo est tuus Achilles. Hunc etiam facilè prosternam, quamvis satis prostratum putārim ex absurdis, quæ ex Moriniana, tuáque ejus loci interpretatione, colligebantur. Illa certè ostendunt, eam interpretationem sustineri non posse. Proferam ego, quam tradidit Patres, præsertim S. Chrysostomus, S. Ambrosius, & S. Thomas, afferentes, id solum eo loci significare Divum Paulum, Peccantes post Baptismum, non posse renovari, & purgari per iterum, seu alium Baptismum, in quo, Peccatorum moriatur cum Christo, deponens veterem Hominem, eumque quodammodo crucifiger Audi Chrysostomum hom. 9. in ep. ad Hebreos. Expercimini, & attendite. Non licet dicere: Si dissolutè & negligenter vixerimus, rursus baptizabimur. Erratis hec existimantes. Impossibile est enim, eos, qui semel sunt damnati &c. non amplius, inquit, expedites quid non potest fieri ... renovare dicit ad Pænitentiam, hoc est, per Pænitentiam. Quid ergo. Evidet pænitentia? Non Pænitentia, absit, sed quis sit per Lavacrum renovatio. Non cum dixit, impossibile est renovari ad Pænitentiam, & tacuit, sed cum dixisset, impossibile est, sub junxit, rursus crucifigentes renovari, hoc est, novum fieri: novos enim facere, est solius Baptismus. Audi

DISPUTATIO VI. 129

Audi Ambrosium lib. 2. de pœnit. cap. 2.
Hoc ait in hac epistola, quæ scribitur ad He-
rus: Impossibile esse lapsos renovari in Pœni-
tentiâ: ac rursus crucifigentes Filium Dei, &
in ianâ, ac rursus crucifigentes Filium Dei, &
bambo, rursus crucifigentes Filium Dei, &
em fu- tradidit, ut de Ba-
ambro- lamo dictum credamus, in quo crucifigimus
lo locis- Filium Dei in nobis, ut per illum nobis Mundus
Bapti- crucifigatur... semel autem crucifixus est Chri-
tus, semel peccato mortuus, & ideo unum non
Bapti- Baptismata... Et quia multa erant Ba-
sumata in Lege, meritò reprobavit illos...
r itera- nos scire oportere, destructa esse universa
tor it- q[ui] baptismata, unum Baptisma esse in Eccle-
eterem Divo Ambr. consentit penitus D. Thomas
fifigess- p[ro] quæst. 84. art. 10. quem consulere facile
Hebreo- teris.

D.R. Hæc interpretatio difficultatem non 18.
davit. Admitto, ab Apostolo moneri Fideles
christianos, unum solum esse Baptismum, nec
posse peccantem post Baptismum alio Baptis-
mum expiari, & renovari. At cur hoc monet?
ut intelligent Fideles, non posse à peccan-
tibus post Baptismum ita facile recuperari gra-
tiam per Sacramentum Pœnitentiæ, ut fuit an-
cepta per Baptismum? vult enim eos ab-
sterre à peccato. Ergo Sacramentum Pœni-
tentiæ est ita institutum, ut non administre-
tur tam benignè, ut à vobis administratur; sed
leveritate, quæ verè absterreat à peccato, ita

I 5

ut

ut solùm absolvatur, qui diu flevit, & jejunavit, sic
vel saltēm diu jejunabit, aliisque hujusmodi, idem
boribus, pro suis culpis diu satisfaciet.

D. D. Sed tu, qui semper resonas Tertullianum, Cyprianum, Ambrosium, Augustinum, aliósque Patres, produc unum aliquem affer-
ex his, ita prædictum locum Apostoli inter-
pretantem, nempe ab eo sic moneri Fideles ut non
eum finem, ut sciant, non ita facile, sed solūm
per multos labores post Baptismum recuperari possunt loca
gratiam?

D. R. Monet, ut absterreat à peccato, non autem absterret, si per Sacramentum
Poenitentiæ, sinè magnis laboribus recuperatur gratia.

D. D. Utrumque nego. Et majorem, &
minorem.

D. R. Cur ergo monet, non esse post
Baptismum locum alteri Baptismo, quo quia
expietur?

D. D. Cur? ut hoc ipsum sciant.

D. R. Ut hoc ipsum sciant?

19. D. D. Ita. Miraris? Quid, rogo, vult,
qui Catechumenum monet, non esse in novi
Lege Circumcisionem, non esse sacrificium hi-
corum, & alia hujusmodi? Id vult, ut hoc
ipsum sciat. Non miraberis, si recorderis, i-
lam esse Pauli epistolam ad Hebræos, apud quos
erant multa lavacra. Moneri ergo debebant,
non

DISPUTATIO VI. 131

junari sic esse in Lege novâ, unde non semel incul-
nodit, idem Apostolus. Una fides, unum Bapti-
tum. Miraberis minus, si recolas prædictas
Tertul. Crysostomi, & Ambrosii interpretationes.
Augus. Quid quæris alios fines, si alios non quærunt,
aliquem afferunt, præter prædictum, Patres tam
intelligunt, quorum loca, quamvis satis clara, si
deles, non sint tibi, accipe clariorem D. Thomæ,
d' soli sum brevitatis gratiâ omiseram. Objicit sibi
superiori locum Apostoli S. Doctor, ad probandum,
in posse iterari Sacramentum Pœnitentiæ. Sic
peccato, nem respondet. *Ad primum ergo dicen-*
tendum, quod, quia apud Judeos erant secundum
perat quædam lavacra instituta, in quibus plu-
re ab immunditiis purificabant, credebant
dei Iudeorum, quod etiam per lavacrum Ba-
tumi, aliquis pluries purificari posset. Ad
excludendum, Apostolus scribit Hebreis,
impossibile est, eos, qui sunt Illuminati, sci-
per Baptismum, rursum renovari ad Pœni-
tiam, id est, per Baptismum, qui est lavacrum
generationis, renovationis Spiritus Sancti,
dicit ad Tit. 3. Et rationem assignat ex hoc,
per Baptismum homo Christo commoritur,
subditur, rursus crucifigentes sibi met ipsum
Dei. Miraris ne amplius interpreta-
nem meam, imò non meam, sed tantorum
Doctorum? Quàm justius admiror ego
incon-

inconstantiam vestram? Qui enim adeò affe-
ctatis doctrinam Patrum, nobisque perpetuo
objicitis, quod ab eis recedamus, receditis
ipsi penitus, ipsiusque D. Paulum, Docto-
rem benignissimum, cogitis vestro rigorisi-
fragari.

Verum volo esse tecum liberalior. Ha-
buerit illum finem Apostolus, absterendi Fi-
deles à peccato, hi satis poterant absterri-
per hoc, quod, si peccassent post Baptismum,
non possent novo lavacro, adeoque facilime
renovari, sed esset eis subeundum onus con-
fessionis. An leve onus hoc est, præsentim
iis, qui gravia commiserunt, quod ne subeant,
tam multi Fideles aut non confitentur, aut non
integrè, malintque in æternum ardere. Ru-
sus esset eis subeunda poena & quidem valde
gravis, non solùm Pœnitentiæ, quam impon-
ret Confessarius, non semper benignus, sed
alterius longè majoris, luendæ in Purgatorio;
cùm Sacramentum Pœnitentiæ extinguat qui-
dem reatum totius culpæ, sed non totius paenæ,
quod per se facit solus Baptismus. Et in hoc
consistit utriusque hujus Sacramenti notabilis
differentia; ratione cuius à SS. Patribus Po-
nitentiæ Sacramentum vocatur laboriosus Ba-
ptismus, quatenus licet sinè magnis laboribus
& fletibus remittat peccatum, non remittat
sine

DISPUTATIO VI. 133

Et ideo Tridentinum
dicit absolute, eos magnos fletus, & labo-
remissionem peccatorum, nempè se-
remissionem Baptismum, quamvis ab his magnis fleti
& laboribus sejunctum. Is est Concilii
terreni, & Patrum, dum Sacramentum Pœni-
tentiæ laboriosum Baptismum appellant; nisi
cillime, eos respexisse potissimum publicam Pœ-
nitentiæ, quæ magnis laboribus constabat.
de Patrum circa nostram controversiam
judicio, sequenti disputatione agendum
erit, ne præsentem nimis protra-
hamus.



CA-